

## LATINSKA SINTAKSA 2 – PISANI DIO ISPITA

## I. GRAMATIKA

## 1. Dopuni odgovarajućim glagolskim oblicima i prevedi na hrvatski.

- a) At etiam (esse), qui (dicere), a me in exilium (eicere) Catilinam; quod ego si verbo (adsequi) (posse), istos ipsos (eicere), qui haec (loqui).  
 b) Egomet, qui sero ac leviter Graecas litteras (atingere), tamen, cum Athenas (venire), complures tum ibi dies (commorari).  
 c) Quis tota Italia perditus (invenire) (posse), qui se cum Catilina non familiarissime (vivere) (fateri)?  
 d) Quis (esse) tam ignarus rerum, qui hoc non (intelligere), si Romam (venire) (posse), nullum genus eum crudelitatis (praeterire)?  
 e) (Esse) mihi tanti huius invidiae tempestatem (subire), dum modo a vobis huius horribilis belli ac nefarii periculum (depellere).  
 f) Quamvis probe (scire) permultas horum studiorum (esse) difficultates, haud (deterreo) quominus ea (suscipere).

## 2. Prebaci iz upravnoga u neupravni govor.

Micipsa dixit: »Parvum ego te, lugurtha, amisso patre, sine spe, sine opibus in meum regnum accepi, existimans non minus me tibi quam liberis, si genuissem, ob beneficia carum fore. Neque ea res falsum me habuit. Nam, ut alia magna et egregia tua omittam, novissime rediens Numantia meque regnumque meum gloria honoravisti tuaque virtute nobis Romanos ex amicis amicissimos fecisti. In Hispania nomen familiae renovatum est. Postremo, quod difficillimum inter mortalis est, gloria invidiam vicisti.«

## 3. Prevedi na latinski.

- a) Vjerujem da bi moj protivnik bio požalio da sam imao boljega odvjetnika.  
 b) Sve građane obuzeo je velik strah, kao da su neprijatelji već pred vratima.  
 c) Sve da vam nitko i nije rekao, bili ste dužni znati što vam je činiti.  
 d) Nitko nije tako glup da vjeruje kako će nas dušmani poštedjeti ako im predamo oružje.

## 4. Odredi sintaktičku funkciju podcrtanih padeža i prevedi izraze na hrvatski.

- |                                      |  |
|--------------------------------------|--|
| a) <u>mihi</u> constitutum est       | e) suis <u>saluti</u> fuit             |
| b) <u>pecunia ampliore</u> opus erat | f) filius <u>eximia pulchritudine</u>  |
| c) fractus <u>membra</u> miles       | g) <u>recentium iniuriarum</u> memoria |
| d) eo <u>miseriarum</u> pervenit     | h) ardet <u>dolore</u> et <u>ira</u>   |

## II. LEKTIRA

## 1. Označi iktuse i prevedi na hrvatski.

Nec Veneris fructu caret is qui vitat amorem,  
 sed potius quae sunt sine poena commoda sumit;  
 nam certe purast sanis magis inde voluptas  
 quam miseris; etenim potiundi tempore in ipso  
 fluctuat incertis erroribus ardor amantum  
 nec constat quid primum oculis manibusque fruuntur.  
 Quod petiere, premunt arte faciuntque dolorem  
 corporis et dentes inlidunt saepe labellis  
 osculaque adfigunt, quia non est pura voluptas  
 et stimuli subsunt, qui instigant laedere id ipsum,  
 quod cumque est, rabies unde illaec germina surgunt.  
 Sed leviter poenas frangit Venus inter amorem  
 blandaque refrenat morsus admixta voluptas.  
 Namque in eo spes est, unde est ardoris origo,  
 restingui quoque posse ab eodem corpore flammam.

## 2. Prevedi na hrvatski.

In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri in pudicique versantur. Hi pueri tam lepidi ac delicati non solum amare et amari neque saltare et cantare, sed etiam sicas vibrare et spargere venena didicerunt. Qui nisi exeunt, nisi pereunt, etiamsi Catilina perierit, scitote hoc in re publica seminarium Catilinarum futurum. Verum tamen quid sibi isti miseri volunt? Num suas secum mulierculas sunt in castra ducturi? Quem ad modum autem illis carere poterunt, his praesertim iam noctibus? Quo autem pacto illi Appenninum atque illas pruinas ac nives perferent? Nisi idcirco se facilius hiemem toleraturos putant, quod nudi in conviviis saltare didicerunt.